



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás**

**[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Censvra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

ceremoniarum, quæ abrogata est. Manet etiam nūm lex con-  
scientiæ, ostendens peccatum, quæ peccati ostensio et si ter-  
ret etiam pios, tamen hic terror absorbetur in Christo, qui  
est finis legis, ac perfectio, Rom. 10.

Roma. 10.

## PROPOSITIO SEXTA.

D**V**plex est bonum, Naturæ & Gratiaæ.

## CENSURA.

T**R**iplex est bonum, Naturæ, Morum, Gratiaæ.

## CONDEM. CENSURÆ.

*Yorob  
math*  
*Rom. 19.*

**C**hristus & Ioannes Matth. 3. 7. 12. duas tantum ar-  
bores faciunt, & docent quod arbor bona, non potest  
malos fructus, similiter putris bonos fructus facere, & qui-  
uis aut fidelis est, aut infidelis. Si fidelis, huius opera placent  
Deo propter personæ fidem. Si infidelis, eius opera displaceat  
Deo, quantumvis splendida sint in faciem, propter infideli-  
tatem. Nam opera sine fidem era hypocrisis sunt. Quicquid  
non est ex fide, peccatum est. Rom. 14.

Grata Deo non sunt fumantia thura, nec aræ,  
Nec sacra, si cordis religione carent.

Certe neutrales non nouit scriptura, & Aristotelicos Theo-  
logos. Cæterum opera moraliter bona, Bona sunt quidem  
& sua habent in hoc mundo premia, sed te corā Deo bonum  
non reddit, nec gratum aut acceptum, nisi prius fide sis ac-  
ceptus. Sine cultu ueri Dei ( ut Ambrosius dicit ) etiam id  
quod uirtus uidetur esse, peccatum est. Et Augustinus: Vbi  
fides non erat, bonum opus non erat. Hieronymus Gala. 3.  
Vt

*Ambrosius  
Augustinus  
Hieronimus*